Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

ds ait. Crescite et multiplicamini et replete terram et subiicite eam et dominamini piscibus maris et volatilibus celi et universis animantibus que moventur super terram. Dixitque ds. Ecce dedi vobis omne herbam afferentem semen super terram et universa lignia que habent in semetipsis semenem generis sui ut sint vobis in escam et cunctis animantibus terre omnique volucri celi et universis que moventur in terra et in quib' est anima vivens ut habeant ad vescendum. Factum est ita. Viditque ds cuncta que fecerat erantque valde bona. Factum est vespe et mane dies sextus. Igitur perfecti sunt celi et terra et omnis ornatus eorum. Complevitque ds die septimo opus suum quod fecerat et requevit die septimo ab universo opere quod patrarat. Dns vob' cum. Orem.

Deus qui mirabiliter creasti hominem et mirabilius redemisti da nobis qs contra oblectamenta carnis peccatum vicentis ratione persistere ut meremur ad gaudia eterna pervenire. Per dm. Lectio secda.

Factum est in vigilia matutina et ecce respiciens dns super castra egyptiorum per columpnam ignis et nubis interfecit exercitum eorum et subvertit rotas curruum ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo egyptii fugiamus israelem dns enim pugnat pro eis contra nos. Et dns ad moysen ait. Extende manum tuam super mare ut revertantur aque super egyptios super currus et equites eorum. Cumque extendisset moyses manum contra mare reversum est primo diluculo ad porem loci suum. Fugientibusque egyptiis occurrerunt aque et involvit eos dns in medius fluctib'. Reversique sunt aque et operuerunt currus et equites cuncti exercitus pharaonis qui sequentes ingressi fuerant mare nec unus quidem superfuit ex eis. Filii autem israel pertransierunt per medium siccum maris et aque erant eis quasi murus a dextris et a sinistris. Liberavitque dns in die illa israelem de manu egyptiorum. Et viderunt egyptios mortuos super litus maris et ma-